



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Veri & Pii Sacerdotis Idea Seu Vita R. D. Iacobi
Merlo-Horstii, Pastoris B. Mariæ Virginis In Pascvlo
Coloniæ, SS. Theol. Licent.**

Crombach, Hermann

Coloniæ, 1645

Compendiaria collectio omnium, quae Religiosis Deo dicatis virginibus
scitu & obseruatu necessaria sunt, vt Deo placeant, & vocationi suae
congruenter viuant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14591



DOCUMENTA QUÆDAM

ASCETICA

R. D. IACOBI MERLO PRO

VARIIS HOMINVM STATIBVS

vernaculo sermone scripta nunc

Latio donata.

COMPENDIARIA COLLECTIO OMNI-

um, quæ Religiosis Deo dicatis Virginibus scitu

et obseruata necessaria sunt, vt Deo pla-

ceant et vocationi suæ congruenter

viuant.

1. S Anctimonialis semper memor sit Pro- *Finem vo-*
 fessionis suæ, & eorum omnium, *cationis*
 quæ Deo publicè promisit, nimirum quod eo *cogitet.*
 solum sine domum paternam, vanam & no-
 xiam libertatem vitæ secularis, cum omni
 carnali familiaritate consanguineorum &
 notorum prorsus à se abdicauerit, vt in me-
 liore & securiore statu salutis consulere,
 Deoque cum animi sancta pace, gaudioque
 seruire posset: quod merito pluris ipsa de-
 bet æstimare, quam si potentissimi Regis
 esset Regina coronata.

2. Consideret necesse est, quod vti cum *mores*
 monasticam vitam profiteri vellet, opus *mutos.*
 fue-

mores mu-
set.

fuerit mutatione vestium secularium, & assumptione habitus religiosi, ac Societate sororum Deo dicatarum, ita decere, vt malos mores & vitæ secularis peccata re ipsa deserat: contenta deinceps, vt soror & solum ancilla Dei nominetur & hoc nomen honorificentius debet iudicare, quam si Princeps fæmina vel Domina maximi nominis haberetur: quid enim maius cogitari, vel æstimari pluris debet, quam esse famulam omnipotentis Dei, & Sponsam Iesu Christi?

Seruet re-
gulas.

3. Adhuc expendat, quoniam vitam regularem agit, conuenire vt regulis suis congruenter viuat, statuta, legeque sui instituti & cœnobi; seruet, ac crebrò secum ea verba repetat *Dic quare hic* Cœnobium ingressa religiosa facta sum, inde conuenit, vt conuenienter professioni meæ iuxta constitutiones ordinis prorsus religiosè viuam, & non solum caueam, ne in graues defectus & peccata incidam, quæ in mundo ob vitæ secularis licentiam & tot labendi occasiones patrabam; sed etiam enitar, vt cum gratia Dei, quoad eius fieri poterit, ne in minimo à vocatione, sanctaque professione mea declinem: imo confidam in virtutibus indies proficere, & perfectioni, sicut deuotam & sanctam Christi sponsam decet, studebo.

4. Sem.

4. Semper professionis suæ, meminerit, *discuties* conscientiam examinet sæpe, disquiratque, *conscientiam* quam sedulo promissam Deo votis publicis *am.* regulam, obseruet, & mente voluet, quid vi votorum trium religiosorum facere teneatur, vt ea, quam exactissimè obseruentur.

5. Quantum ad votum obedientiæ, consideret, & ita secum ratiocinetur, Deo meo voui obedientiam, necessè iam est, vt promtius alacrius humilius & simplicius in omnibus tã quæ à reuerenda matre, mihi præcipiuntur, quam superioribus, qui curam salutis meæ gerunt, obediam; nūquam murmurabo, nunquam de obediendi onere, vel rei imperatæ difficultate, licet voluntati, & sensuum inclinationi repugnet, conquerar, sed cõabor omnia amore Christi promtè & hilariter exsequi: nihil etiam, quod reuerendæ matris venia vel obedientia requirit ad meæ voluntatis arbitrium expediam.

obedientiam custodiet.

6. Paupertatem Deo iuuante seruabo *Paupertatem.* seuerè quantum potero, contenta paucis, & ijs solis, quæ ad vitam tolerandam sufficiunt: nihil curiosi, superflui, vani, nihil inquam, nisi quod regula & venerabilis matris licentia permittit, seruabo in cella. Nec pecuniam, nec quid simile petam à consanguineis, vel vllis alijs, nisi quodam
ad

ad res necessarias curandas sancta permit-
tit obedientia. Nullum affectum & animi
propensionem patiar ad vllam mundi rem,
etiãsi ad naturæ sustentationem conceda-
tur; sed omnibus sola necessitate coacta v-
tar. Prouidebo etiã diligenter, ne vlli se-
culari personæ quidquam donem, vel ab
ea accipiam, absque licentia Venerabilis
matris & superioris.

*Castita-
sem.*

7. Pro voto castitatis inuiolatè conser-
uando Deum exorabo, vt gratiam suam
mihi clementer largiatur, ad id summa cum
animi corporisque puritate custodiendum.
Suspectas omnes familiaritates secularium,
& omnium aliorum intimorum amicorum;
imo consuetudinem cum qualicumque per-
sona seculari quoad potero, deuitabo vt
proscindam omnes occasiones mundanum
aliquid videndi vel audiendi, quod animum
maculare, vel eius puritatem possit inqui-
nare.

Nec scribam literas alicui, vel mittam,
neque ab vlllo recipiam missas, nisi ad hoc
me salus animæ meæ & profectus spiritua-
lis proximi mei cogat & vrgeat.

Et quoniam Deo dicatam decet ab omni
specie mali abstinere, vel ijs, quæ puritatem
cordis & conscientie possint conspurcare;
ideo nullas vanas imagines, nullos curiosos
& se-

& seculares libros, non specula, non olfactoriala, nec quid aliud in cubiculo serua-
bo, quod perfectionis amanti & vitæ reli-
giosæ cupidæ virgini Deo consecratæ non
conuenit. Sensus etiam corporis arcta cu-
stodia sepiam, caueboque diligenter nullius
vt viri licet consanguinei, vel familia-
ris, & cœnobio noti vultum intuear, nec
vlllo signo monstrabo paratam me ei manum
porrigere, nisi forte hoc decencia religio-
sa aliquando circa honestos & magna
virtute præditos occasione aliqua permit-
teret, præterea sollicitè curabo, & aduer-
tam, ne quam corporis mei nudam partem
videam, aut contrectem, nisi me necessitas
extrema cogeret.

8. Aures custodiam à vanis & otiosis ^{sensus ex-}
colloquijs hauriendis, quæ, mentem inqui- ^{ternos.}
nant, & conscientiæ quietem turbant. Car-
nem affligam, & Spiritui subijciam: vtque
nimiam eius viuacitatem & libertatē coër-
team, decreui certis temporibus eam ieiu-
nijs, inedia, vel saltem victûs temperantia,
& alijs eius generis asperitatibus emaciare;
cum Deo dicatæ virginis vita debeat esse
continua poenitentia, deuotis aspersa la-
crymis.

9. Nec minus Deo consecrata virgo det ^{det se pie-}
operam, vt chorum frequentet, diuinis of- ^{tati.}
ficijs,

M

ficijs,

ficijs, omni qua potest pietate, attentione, & feruore animi interfit, abiectis omnibus inanibus & distrahentibus mentem cogitationibus. Adsit orationi consuetæ, sacro decenter assidat, amet in Confessione puritatem, & candorem, ad augustissimum corpus Dominicum dignè percipiendum accedat præuia singulari præparatione & desiderio: Hæc facilius consequetur, si continua spiritum meditatione passionis Christi Domini occupet; Christum corde semper gestet, animo voluat, & intimè compatiatur eius cruciatibus, mortemque eius acerbissimam lacrymis assiduis defleat.

*Et amori
proximi.*

10. Sorores suas diligat ex animo, nunquam verbo vel facto lædat, imo tristes solletur, ægris vel opis alienæ indigis peramanter seruiat, & subueniat.

Sine querelis.

11. Caueat, ne de ijs ob defectus, quos in ijs notare se putat, queratur: quin potius eis animitus compatiatur, ferat patienter, excuset amicè, nec alijs manifestet. præcipuè prospiciat, ne quid euulget, vel audita publicet, quæ discordias, tristitiam, inuidiam vel dolorem vlli sororum possint generare.

*temerario
iudicio.*

12. Temerarie neminem iudicet: de omnibus bene loquatur, & bene sentiat; omnes sem-

semper se meliores & perfectiores reputet: utque magis in animi demissione proficiat, se ut vilissimam, imperfectissimam, imo tam sanctæ societatis aliarum indignissimam abijciat, ac pro omnibus in communi magno charitatis & benevolentia sensu Deum oret.

13. Linguam studiosè refrenet, ne quid *refrenet lin.* secularium rumusculorum vel vanarum *quam.* rerum, aut curiosarum in medium coram quacumque etiam adducat. Hinc declinet auditionem novorum indecentium & inanum narrationum, quandoquidem eæ sanctam animi pacem, & interiorem conscientia quietem sanctimonialiam perturbant, quæ velut sibi mundoque mortuæ per religiosam & Angelicam professionem, vanis, & caducis mortalis vitæ rebus nullo pacto debent occupari vel delectari.

14. Abstineat à malis, mendacibus, falsisque sermonibus: verba sint simplicia, casta, pudica, vera, religiosa: nec unquam nisi necessitas urgeat, assuescat loqui.

15. Sit Deo consecrata virgo humilis, *sic humili-* benigna, simplex, pura, patiens, affabilis, à *lis.* pravis animi passionibus libera, superbas cogitationes, verba vel opera seu pestem abhorreat: seque vilissimam, abiectissimam, & indignissimam omnium mortalium aestimet.

M 2

16. Non

benefica.

16. Non concupiscat auidē & insatiabili desiderio res seculares, nec eas habeat, potius liberalem & beneficam, quātum status permittit, exhibeat se omnibus.

temperans.

17. Prouideat, ne in gulæ peccatum incidat: sed insatiabilem, nimiamque cupiditatem compescat contenta paupertina cœnobij sustentatione, Deoque gratam se exhibeat, considerando & agnoscendo, quod plura quam mereatur habeat, quibus aliæ ipsa digniores careant. nec murmuret, vel quærat, si non ad stomachum, & appetitum suum cibos & alia parata inuenerit. Singularitatem vitet in cibis, omnem gulæ appetentiam minus ordinatam, & intemperantiam extra refectoryum, nec quidquam edulij edacitatis causa patiatur in cella.

caueat inuidiam.

18. Caueat Deo desponsa perniciosam, & caritati inimicam inuidiam, imo gaudeat vel maximè de corporis & animæ optima constitutione sororum suarum.

iram.

19. Indignationem vero & indomitam pessimamque iracundiæ perturbationem velut pestē fugiat: hæc enim maledicta bellua excæcat intellectum, obnubilat rationem, perturbat conscientiam, expellit animi pacem, affligit alios, innumera gignit mala: præterquam, quod eius necet animam, quam occuparit.

20. Sic

20. Sic & detestetur omni qua potest *acediam.*
 diligentia, vitetque infandam acediam, cri-
 men præ ceteris, religiosis execrandum, &
 perniciosum: nam Spiritum efficit somno-
 lentum, languidum, tepidum, adeoque vi-
 gorem illi, desideriumque bene operandi
 penitus aufert: vnde monialis hac infecta
 peste, velut mortua degit ætatem in mona-
 sterio: neque enim illi libet quidquam boni
 spiritualis, nihil manu facti operis efficere,
 perpetuis angitur molestijs, tristitia, curis,
 angustijs, inimica boni: nusquam pacem re-
 perit, nulla res ei sapit, fastidit omnia, præ-
 ter fabulas, cibum, potum, somnum: sicque
 preciosissimum salutis tempus otio, desi-
 diaque consumit: nec considerat, nihil à Deo
 mortalibus datum esse quod pluris sit æ sti-
 mādum in hac vita, quam tempus, cuius ali-
 quando seuerissimam rationem ab ea re-
 poscet Christus, num malè vel fructuose
 transegerit: quod si volueret animo, nullam
 eius vel minimam particulam sine salutis
 commodo labi pateretur. Vnde necesse est,
 vt otium, & omnem temporis iacturam per
 vana colloquia, per otiosa, vel inutilia ne-
 gotia, prorsus deuiter.

*temporis
 habeat ra-
 tionem.*

21. Dirigat pia & poenitens virgo vi- *Curam?*
 tam suam omnem sedulo ad Dei gloriam *habeat*
 salutemque propriam, manè maturet sur- *profectus.*
 gere.

gere tempori, tum vacare orationi, munia-
que consueta pie peragere. Sæpe discu-
riat conscientiam; profectumque vel defe-
ctum disquirat; vt animæ statum peruideat,
siue progredientis, siue regredientis: vbi
defectum culpamque deprehenderit, ilico
proponat eius emendationem, & confes-
sionem: ne relabatur, caueat; sicque vitam
instituat, vt omnia singulis horis ita perfi-
ciatur, sicut diuinæ gloriæ salutiq; cõgruit.
At si mentis propensionem in certũ crimen
obseruauit: incumbet in eam curam sedulo,
vt expugnet, toties certam explendo pec-
nam, quoties se notarit culpam iterasse.
Deum sæpius obtestando, gratiam vt vbe-
rem largiatur eius infinitam bonitatem
nunquam deinceps sic offendendi.

*mortifica-
tionis.*

22. Concepto autem sui ipsius odio sa-
lutari, conetur omnes animi prauas incli-
nationes & passiones vincere, propriam
abijcere voluntatem, omnes prauos animi
motus, & appetitus refrenare, rationique
subijcere; Carnis autem illicitas cupidita-
tes cõtinuo reprimat, corpus seuerè rigi-
deque coercendo, effrenatos dictos motus
& appetitus vincendo, prauas consuetudi-
nes deprauatæ naturæ, quæ spiritualem a-
nimæ progressum, bonorum operum meri-
tum maximè remorantur, extirpando.

23. Quo-

23. Quotidie firmiter proponet vitam in melius commutare, & in diligenti regularum custodia, cultu diuino, virtutumque exercitio progressum facere; nihil aliud noctes & dies animo voluet, quam modum, quo possit maiore spiritus ardore in omnium virtutum perfectione proficere, & noua vitæ coelestis meritorum incrementa cumulare.

24. Eodem pacto continuo huius vitæ exilium, & offensas Dei deplorabit & deflebit; non proprias tantum, sed & alienas; & interiori animi sensu suspirabit medullitus, dum innumerorum peccatorum animæ salutis æternum discrimen adeunt, qui Sathanico pressi iugo, foedis corporis voluptatibus, & indomitis cupiditatibus excæcati degunt mortui, licet adhuc corporis ergastulo compediti. Ideo nõ desinat Christo despõsa virgo tot animarum interitum & creatori suo irrogatas tam graues iniurias & offensas ex animo deplorare. simul immensam Dei bonitatem exorando feruidè, vt miseris lumen verum vberioris gratiæ largiatur, quo collustrati maturè perspiciant vitæ præteritæ prauitatem, ad frugem se recipiant, dignosque poenitiæ fructus agere satagant, quibus veniam commissorum, & demum æternæ vitæ præmia mereantur.

M 4

25. Si-

*defleat
propria &
aliena pec-
cata.*

*Grata sit
Deo pro
beneficijs.*

25. Simili modo nunquam non meminerit beneficiorum, quæ à benefica Dei creatoris manu tam accepit hætenus, quam indies percipit; præcipuè quod à diuina maiestate è perniciofa fallacique mundi libertate feliciter educta tot è laqueis & periculis salutis erepta, translata fit in coenobium, vbi abundat occasionibus, & varijs modis innumera bonorũ operũ munia peragendi, peccata declinandi, merita coelestia cumulandi, quibus demum coelestis vitæ præmia consequetur.

*memor
mortis.*

26. Mortem verò non indies solum: sed omni cogitet hora, simulque perpendat, quod se moritura fecisse desiderabit, omnia scilicet totius mundi pia opera fecisse: nec vilum peccatum commisisse.

27. Consideret, quo gaudio solatioque mens perfruetur ob pietatis & virtutis patrata opera; sollicitam legum & statutorum ordinis custodiam, & quo conscientia remorsu doloreque sit crucianda, cum animi non leui confusione quando tam exigui feruoris & tot defectuũ, ac peccatorum in regulas commissorum fuerit recordata. Quocirca continua vigilantia, studioque poenitentia comparabit se ad terribilem & iure formidandam diem vltimam mortis, horamque iudicij; reuoluendo, quam rigidam se.

seuerissimo iudici vitæ totius redditura sit: rationem de tempore professionis in religione transacto, de solitudine, diligentiaque, quam in cultu diuino & cura salutis habenda tenebatur adhibere. Quam constanter diabolicis tétationibus, indomitis animi passionibus, prauis naturæ cupiditatibus, & proprijs desiderijs repugnarit.

28. Denique ponderet, secumque reputet de omni verbo otioso, inani cogitatione, tempore sine fructu præterlapso, quidquid contra Deum, contra salutem animæ suæ, proximumque cogitauit, dixerit, & fecerit de eo exigendam esse rationem; nec locum fore vel excusationis, vel effugij.

29. Cum horrore tremoreque poenas inferni memoret, totoque cordis affectu disquirat, quam atroces, acerba, intolerabiles, incredibiles, & innumeræ futuræ sint, sine fine, termino, requie, sine spe solatiij vel auxiliij. Nā si quis in hac mortali vel calamitosa vita non sine summo fastidio, molestia doloreque non potest, vel vnam noctem dolores febriles, capitis, stomachi dentium vel aliorum partium corporis tolerare; licet ipsi per se sensim euanescant, qui poterit atrocissimos inferni cruciatus, aspectū terrificū tartareorū spirituum, euulatus desperantium, & horribiles vlu-

*poenarum
inferni.*

latus, clamoresque damnatorum: Illam deterrimi carceris & foetidissimorum antrorum maleolentiam, illas angustias, & innumeras afflictiones, quæ misera & infelices animæ æternum patientur, hæc inquam omnia qui poterit sustinere?

Ex celestis gloria.

30. Denique Christo dicata virgo, & Sponsa ferventi verset animo, quam ingens gloria, foelix & æterna beatitudo sit, quam Deus omnipotens electis suis, & dilectis animabus, omnibusque, qui constanter, fideliterque ei seruiert, ex animo dilexerit, eius diuinis iussionibus paruerit in regno suo præparabit.

Præsertim verò consideret singularem illam religiosarum Virginum coronam & præmium quæ Deo sanctè seruiert, sacro seruire, & peruigili cura cor suum purum sponso seruarunt, sensus arctè custodierunt, ordinis statutis, legibusque diligenter obtemperarunt: in orationibus assidua, in seruando silentio sollicita, feruida & ardentes in sancta obedientia, perfecta paupertate & Angelica castitate, omnibusque ad perfectionem requisitis seruandis exstiterunt: consideret inquam qua speciali gloria tales perfruentur, in illo regno glorioso. Tales profecto virgines religiosæ ad altissimos & sanctissimos S. Apostolorum

forum sedes in coelis euehentur, quorum vitam & Euangelicam perfectionem in rigida seueraque vita religiosa spretis huius mundi pompis, opibus & honoribus sunt in bonis æmulatæ.

Hæc sunt breui summa collecta, carissima filia, puncta, quæ Virgo religiosa continuo versare animo, & cogitatione debet, ac moribus exsequi, si viam ingredi certam sacramque salutis ad æterna n̄ gloriam desideret, & vitam in gaudio, pace & tranquillitate conscientia ac cum innumeris solatijs animæ transfigere concupiscat.

DOCUMENTA QUÆDAM SELE-
ctiora pro Virginitibus, Deo deuotis in sa-
culo degentibus.

I. **C**Or Deo continuo vniat, per arden- *Aspiratio-*
tes & selectiores ad aspirationes, & *nes.*
iaculatorias ad eum directas preces.

2. Cum ijs libenter & crebro loquatur,
& agat, à quibus ad amorem Christi po-
test inflammari.

3. De nulla re tristetur, nisi propter pro-
pria vel aliorum peccata, quibus Deus of-
fenditur.

4. Amorem proprium, vt radicem fon- *Victoria*
temque omnis mali, & incommodi perpe- *suis*
tuo supprimat & extirpet.